52

quod conflauit & non est sp̄s in eis; uana sunt & opera risu digna
in tempore uisitationis suae peribunt. non est similis pars iacob;
qui enim formauit omnia ipse est. & israhel uirga hereditatis eius.
dn̄s exercituum nomen est illi; Qui facit terram in fortitudine sua dn̄o xlviiii.
saluatore; xp̄s enim dī uirtus & dī sapientia. qui ipse est & prudentia
in quo extendit caelum; ipse enim dixit & facta sunt. ipse mandauit & cre
ata sunt; Loquens ad filium. faciamus hominem ad imaginem & si
militudinem nr̄am; ad uocem suam dat multitudinem aquarum in caelo;
Omnis enim doctrina dn̄i de caelestibus fluit; dicente dauid; pluuiam
uoluntariam segregabis ds̄ hereditati tuę. & infirmata est tu uero
perfecisti eam; & eleuat siue educit nebulas ab extremis terrę; nebulę
siue nubes quibus mandauit dn̄s ne pluerent super israhel imbrem
educuntur ab extremitatibus terrę. quorum una nebula loquebatur;
Puto enim nos ds̄ apostolos ostendit nouissimos tamquam morti des
tinatos. quia spectaculum facti sumus huic mundo. & angelis & ho
minibus; fulgora in pluuiam fecit; cum enim imber de caelo uenerit
doctrinarum. & arentia hominum corda satiarit. tunc corus ca
tiones inuenies. & clara fulgora sapientiae; & educit uentos de the
sauris suis. in quibus sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae abscon
diti; Stultus factus est omnis homo a scientia; licet ille paulus. licet
petrus. licet moses. & abraham sint ad conparationem dī cunctorum
sapientia in nihilum deputabitur; unde & fatuum dī sapientius est
hominibus; confusus est omnis artifex in sculptili. qui de suo corde
simulacra confinxit. falsum que est quod conflauit; si autem stultus est

÷ ds̄ pater est; facit autem in fortitudine sua

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0111